Viro clarissimo Eruditissimoque
Paullo Danieli Longolio
S. d. p. Jac. Phil. d'Orville.

Ad te literas daturum me occupasti hu-
manissima epistola. in qua cum gratis-
simum acciderit, quod amicitiam ultro
tuam nobis offers, ad eam amplectendam
vicissimque ambiendam me excitat pietas
illa, quam in Cortium nostrum, hominem
de literis meritissimum, prae te fers. qui
officia pietatis etiam ultra mortem extendit,
quod jam rarissime fieri adsolet, is mihi
fidelis amici partes impleturus videtur.
Quare nihil aeque cupio, quam ut et nostram
amicitiam inter res a Cortio relictas nu-
meres, eamque tibi totam vindices. judicium
τȣ μακαρίτȣ ita utrique secuturi videmur.

247v

Non dubito, quin felici cura reddita ab ipso His prosecuturus in plinio. Siquid ea aliave in re nostra tibi utilis potuerit esse opera, audacter impera. Scias autem collationem illam florentinam factam fuisse a viro doctissimo Antonio francisco gorio, variis scriptis claro, ad codicem illustris Marchionis Riccardi, me autem, nomine defuncti, promisisse et conferenti & codicem exhibenti exemplar novae editionis.

Apulejum recepi plenianis pro tuo utere commodo. Vale, vir eruditissime & feliciter rem gere.

Amstelaedami a. d. V Junii
A. MDCCXXXI.